Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-18807-p0001-2

ΚΡΑΤΗΡ ΓΑΜΙΚΟΣ,

SERENISS^o. PRINCIPI AC DOMINO,

DNO. CHRISTIANO-ERNESTO,

Marchioni Brandenburgenſi, &c. &c.

SPONSO;

Nec non

SERENISS^a. PRINCIPI VIRGINI AC DOMINÆ,

DNÆ. ERDMUTH-SOPHIÆ,

Sereniſs. Elect. Sax. Filiæ, &c. &c.

SPONSÆ;

Solenne ſacrum Nuptiale,

Dreſdæ, D. XIX. Octobr. Anno cIↃ IↃc LXII. felici Omine, auſpice NUMINE,

celebrantibus,

Appoſitus ac oblatus

ab humillimo Cliente,

Methodio Georgenfeldern.

O
cYùs
URANIÆ
Nate Sororis ades,
hVc
ce
Jugales
jungere Tædas:
diſcute, qvæſo, Faces:
favente namq; NUMINE
mutuo debent *Duo* glutinari *CORDA* favore,
Optatam nec Opem *tuo* negabis *Feſto* ſacra Venus: ferat virentem
Pinum tua Dextra; coronet ambroſias, *Myrto* texta Corona, Comas.
Juno verenda Veſte Jugali, ſancias Amore CORCULORUM pacta Fœdera.
Eſto NOVIS NUPTIS tu Pronuba, firma tenaci Stamine *legitimi* Vincula ſacra *Tori.*
Omen adeſt! propius plantas hûc flecte fugaces ſvavis *Hymen*; ſine qvô nulli junguntur Amores:
Qvid concepta juvat longas differre per horas Gaudia? qvin Vinclis conſtringis Amoris AMANTES!
Phæbe Machaonii venerabile Numen Honoris: Eja, propitius fer medicam citò Opem:
BRANDENBURGIACO *Illuſtri* de *Sangvine* cretus HEROS ſentit Amorem Pectore:
Mens oculis Flammas haurit ſitientibus; ima Virus pererrat Viſcera.
Nulla Salus! eccqvæ ſerpunt incendia Venis? qvis Dolor oſſa vorat?
Vulnera nulla dolent, nec Spicula fixa cruentant: fervet at Igne
Ingens Malũ ignoto, qvod nec *Amaracus*, nec *Verbena* ſuo Germine molliet,
Nec *Stœchas*, *Panaces*, nobile nec *Moly*, ſaucij excutiet Vulnera Pectoris.
Vis Morbum aperiam? levis *Huncce* Cupidinis Arcus urget Vi rapidâ dare Vela ferenti
Lætitiæ, blandoq; Viam laxare Furori. Nec tamen interea refugit certare Palæſtrâ:
Sivè graves Cæſtus, & iniqvo pondere Maſſas; ſeû liceat validis torqvere Haſtilia Nervis:
Seû Luctâ & Curſu Vires tentare ſub Armis; ſeû Circi ad Metam rapidos agitare Caballos:
Sic indefeſſo dum Vim Stimulosq; Labore frangere molitur *Veneris*, cruciamine lento
Uritur *Ille* magis, nimioq; liqveſcit ab Æſtu. Ergo pharetratos qvis SPONSO leniet Ictus?
En agedum *fauſtis* de GERMINE SAXONIS orta exoritur VIRGO *auſpiciis*, SPES *incluta* SPONSI,
VIRGO perennifluam Stacten, Tyriumq; Cruorem, rara Palæſtini ſuperans & Balſama Collis:
Qvæ SPONSO Medicinam adfert certamq; Salutem: & triſtes Animi ſiſtit *pulcro Ore* qverelas.
Jam miſcetur Amor! Cuſtos qværendus ut alto cuſtodiat Somno Luctâ atq; Labore ſopitos:
Dulcis *Hymen* vigil eſto: Faces benè diſcute: puchris *Torum* decora Floribus.
Myrtus odoratas fundat ſub Limine Fibras: det gratum *Laurus* odorem.
Comæ nec abſint Thymbreæ: luxuriet *Stœchas* Germine: Rore *Thymus.*
Vos GRATIÆ Tori Decus, *Concordiæ* junctæ tenaci Stamine;
Stipate *Lectum:* Vos Odorem *Fœderis*, caſto & fovete *ſacra Jura* Pectore.
Aglaja tu Caput: *Thalia* cingito Pedes: latus Lecti *Euphroſyne* circundato.
Servate Poſtes, ne pium *Concordiæ* turbas ciens *ERIS Cubile* clanculùm
Irrepat, & *ſvaviſſimum* turpiſſimo Diſcordiæ fætore *Lectum* polluat.
Nunc, qvod SPONSE *Tibi* Deæ Duellum Idaliæ monſtrant Signa, ſecurus adi:
Nullis hîc Jaculis opus, nec Enſe; *Matris* at *Argiæ* nudus in Arma rues.
Legitimi furtim miteſcent Prælia Lege *Connubij*, Labiis ſi Labra venuſta terendo,
Aſſiduè niveis perges certare Lacertis; NYMPHA qvibus cupidas *pulcherrima* dividet Ulnas.
Vix credo *Danaen* fuiſſe Formâ tam lepidâ; *infelix* Sociam vix *Menelae* tuam?
Hæc qvamvis roſeo ſuo nitore, *Priamidem* fortem vicerit; *Illa Jovem.*
Sed placet VESTRÆ brevibus referre
Præmia LAUDIS.
IGNES
Ergo *Jugales*
SAXO-BRANDENBURGICOS,
Cæli FLAMINE vivido,
Summus Ipſe JEHOVA regat!
Qvid video? celſo, ecce! ab AXE
ſacer hûc Hymenæus
advolat: altâ
ſimul atq;
fert Manu Tædam rutilam. *Cupido*
qvaſſat accenſas Faculas *Amoris.*
juncta qvo tandem placidis adurat Pectora Flam̃is:
Hunc ſeqvitur facili *Conjux Vulcania* Vultu,
ſvadet anhelanti & *SPONSO* renovare *Duellum*, molimine forti.
Fœderis auſpiciũ præſens *Lucina* decorat: lepido SPONSAMq; ſalutat
Alloqvio, cupidas SPONSI trãſmittit in Ulnas: ridet & *abjecti* Vota caduca *Proci.*
Dum licet, *amplexu* nectentes Brachia *crebro* ludite: mellita hic Præmia Ludus habet:
Ludite: nam *Charitum* circumſtat *Triga Cubile*, ne turbare qveat Gaudia turpis *Eris:*
Ecce! *Jovis Soboles* Thalamo pia Vota venuſto ſolvit, ut UNANIMES *Socialia Jura* colentes,
Neſtoreæ *Fauſti* numeretis Secla Senectæ, cernatisq; *piam* SOBOLEM, *ſerosq́;* NEPOTES,
OMNIBUS ET MUNDI PERTÆSI DENIQVE DONIS OBLIQVO, UT RADIANS SIDUS RADIETIS OLYMPO

DRESDÆ, TYPIS MONTANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-18807-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-18807-p0005-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-18807-p0006-9

Κρατηρ Γαμικος,

PRINCIPI AC DOMINO,

DNO … TIANO-ERN…

… andenburgenſi, &c. &c.

SPONSO;

Nec non

… CIPI VIRGINI AC DOMINÆ,

DNA … MUTH-SOP…

… ct. Sax. Filiæ, &c. &c.

SPONSÆ;

… ſacrum Nuptiale,

… *no* cIↃ IↃc LXII. *felici Omine, auſpice* NUMINE,

celebrantibus,

Adpoſitus ac oblatus

… humillimo Cliente,

… dio Georgenfeldern.

O

cYùs

URANIÆ

… ate Sororis ades,

hVc

ce

Jugales

… jungere Tædas:

… cute, qvæſo, Faces:

… namq; NUMINE

mutuo debent *Duo* glutinari CORDA favore,

Optatam nec Opem *tuo* negabis *Feſto* ſacra Venus: ferat virentem

Pinum tua Dextra; coronet ambroſias, *Myrto* texta Corona, Comas.

Juno verenda Veſte Jugali, ſancias Amore CORCULORUM pacta Fœdera.

Eſto NOVIS NUPTIS tu Pronuba, firma tenaci Stamine *legitimi* Vincula ſacra *Tor…*

Omen adeſt! propius plantas hûc flecte fugaces ſvavis *Hymen*; ſine qvô nulli junguntur A…

Qvid concepta juvat longas differre per horas Gaudia? qvin Vinclis conſtringis Amoris A…

Phæbe Machaonii venerabile Numen Honoris: Eja, propitius fer medicam citò Opem

BRANDENBURGIACO *Illuſtri* de *Sangvine* cretus HEROS ſentit Amorem Pectore.

Mens oculis Flammas haurit ſitientibus; ima Virus pererrat Viſcera.

Nulla Salus! eccqvæ ſerpunt incendia Venis? qvis Dolor oſſa vorat?

Vulnera nulla dolent, nec Spicula fixa cruentant: fervet at Igne

Ingens Malũ ignoto, qvod nec *Amaracus*, nec *Verbena* ſuo Germine molliet,

… Vulnera Pectoris.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-18807-p0007-4
DFG